



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CXI. Bündniß des Bischofs und Domcapitels zu Halberstadt mit dem Erzbischofe Erich und dem Domcapitel zu Magdeburg, gegen Räuber und andere öffentliche Uebelthäter mit geschärften geistlichen Strafen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CXI. Bündniß des Bischofs und Domcapitels zu Halberstadt mit dem Erzbischofe Erich und dem Domcapitel zu Magdeburg, gegen Räuber und andere öffentliche Uebelthäter mit geschärften geistlichen Strafen zu verfahren und hierin den Anordnungen der Erzbischöfe zu Magdeburg zu gehorsamen, am 19. Juli 1287.

Venerabili in christo patri domino Volrado episcopo, hermanno preposito, Alberto Decano Totique Capitulo Ecclesie halberstadtensis Ericus, dei gratia Archiepiscopus, Albertus prepositus, Burchardus Decanus Totumque Capitulum Sancte Magdeburgensis Ecclesie, Subscriptorum omnium inuolabilem firmitatem. Multorum bonorum persepe torpet neglecta commoditas eo, quod ad restaurum commoditatis huiusmodi nullius inuigilarit intentio nullius animus infudarit, Sed processu temporis ad hoc aliquo sue mentis ariem dirigente ipsa restauratur commoditas et restaurata suis cooperantibus pacis et quietis tribuit incrementum. Hinc est quod cum pluribus tractatibus habitis iam simus euidenter experti, vtile fore tam vobis quam nobis pariter et consultum, vt Ecclesie ad inuicem propter frequentes predonum Raptorum et aliorum maleficum turbationes et insultus quos paciuntur continue, aliquo saltem mutue subventionis remedio solidentur, credimus firmiter, quod funiculus Censure Ecclesiastice triplicatus efficacius feret auxilium contra peruerforum violentias et conatus Et clerus tali suffultus presidio dante domino liberius respirabit. Cum igitur inter alia iuris remedia precipuum et magis efficax videatur, vt excommunicationum sev interdicatorum sententie late per venerabiles fratres Coepiscopos nostros, qui pro tempore fuerint, a nobis et nostris Successoribus districtius obseruentur et publicentur, quandocumque et vbiocumque fuerit oportuum, Dum tamen nos super hiis fuerimus requisiti; Nos Ericus Archiepiscopus, Albertus prepositus, Burchardus Decanus Totumque Capitulum Sancte Magdeburgensis Ecclesie nos et nostram Ecclesiam firmiter obligamus, vt ea que premissa sunt et pro nobis statuta in Conciliis Maguntinensibus vel Magdeburgensibus inuolabiliter obseruemus. Hoc recognoscimus et presentibus litteris protestamur, quas Sigillorum nostrorum inpressione roborandas duximus in testimonium premissorum. Hanc vero obligationem per decem annos continuos decreuimus duraturam. Actum Magdeburg, anno domini M^o. CC^o. LXXXVII^o., Sexta feria ante festum Beate Marie Magdalene.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

CXII. Erzbischof Erichs und des Domcapitels zu Magdeburg Bündniß mit dem Bischof und Domcapitel zu Brandenburg, wodurch sie sich verbindlich machen, auf die Vollziehung der geistlichen Strafen gegen Räuber und andere Uebelthäter mit Strenge zu halten, am 22. Aug. 1287.

Venerabili in christo patri ac domino suo Domino Erico Archiepiscopo, Alberto preposito, Burchardo decano totique Capitulo sancte Magdeburgensis Ecclesie, Heydenricus dei gratia Epyscopus, Theodericus prepositus, Conradus prior Totumque Capitulum Brandenburgensis Ecclesie Subscriptorum omnium perpetuam firmitatem. Multorum bonorum persepe torpet neglecta commoditas eo, quod ad restaurum commoditatis huiusmodi nullius inuigilarit intentio nullius animus infudarit, Sed processu temporis ad hoc aliquo sue mentis aciem dirigente ipsa

Hauptst. I. Bd. VIII.